

Johann Reuter    Johann Caspar Großgebur

## **Disputatio Iuridica De Homicidio**

Wittebergae: Typis Müllerianis, 1623


**<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747409390>**


Druck    Freier  Zugang





N. K. - 2 (46.)





DISPUTATIO JURIDICA  
DE

7/6

# HOMICIDIO

*Quam*

**J E H O V A**

Mundi Rectore præpotenti annuente,

**JURECONSULTORUM**

Magnifica, nobili & amplissima facultate  
Adprobante,

*In inclyta Academia VVittebengensi,*

PRÆSIDE,

*Clarissimo & Consultissimo Viro,*

**IOHANNES Keutter J. V. D.**

Præceptore & fautore suo colendo,

*Publicè proponit & defendendam suscipit*

**JOHANNES CASPAR Großgebaur**

Meiningã Henneb. Francus,

*In auditorio Ictorum*

*Ad diem 16. May hor. à 7. matutin.*

WITTEBERGÆ

---

*Typis MÛLLERIANIS.*

ANNO M. DC. XXIII.



## Thesis

I.

*Homicidium<sup>a</sup> est hominis<sup>b</sup> ab homine facta exanimatio<sup>c</sup>*

(a) **H**ic ab homine Cædendo quasi cædes hominis Græcis ἀνδροντομία dictum, l. 51. pr. ff. ad L. Aquil. (b) Gen. 9. v. 6. Exod. 21. v. 12. Levit. 24. v. 17. Cujuscunq, etiam sit : 1. Etatis. Nam & in factem si quis occiderit, ut homicida punietur L. 8. C. ad L. Cornel. de Sicar. Hic tamen illud suboritur dubium: An is etiam sit homicida, qui partum abegit, vel in causa fuit, ut mulier abortum faceret? Et distinguendum putamus, animatus ne fuerit partus ille an non: Animatum jam partum, ὡς αὐτὸν ἐξέκκοιτο μένον, cum scilicet, ut Treutlerus loquitur, membris exactius dispositis, anima suas exerere operationes potest, qui abigit, homicida quod sit, & ordinaria homicidij pœna affici debeat, patet ex Jure Divino, Canonico, Civili & Criminalibus Caroli V, Constitutionibus: Exod. 21. v. 22. c. Moyses 9. & seq. 32. q. 2. C. 20. x de homicid. L. 38. §. 5. cum L. seq. ff. de pœnis. P. H. D. art. 133 ibi: Ein lebendig Kind abreißt/ & post pauca: Als ein Todtschläger: Nondum vero animatum qui abigit, pro qualitate facti, extra ordinem arbitrio judicis puniendus est: quod eadem jura docent, Exod. d. c. v. 22. d. c. 9. & 20. L. 8. ff. ad L. Cornel. de Sicar. L. 4. ff. de extraord. crimin. P. H. D. a. art. 133. ibi: So aber ein Kind das nach nicht lebendig wehre von einem Weibs Bilde gerrieben/wirde / sollen die vrtheiler der straff halber bey den rechnerstendigen oder sonst rathspfleger. Gomez. variar. resolut. tom. 3. C. 3. num. 32. Vvesembec. in paratit. ad L. Corn. de Sicar. num. 7. Cujac. lib. 19. Obs. 9. Gothofr. ad L. 39. ff. de pœnis lit. r. Gilhausen arbor. judic. Crim. C. 2. tit. 12. n. 19. Treutl. vol. 2. disp. 32. th. 5. lit. g.

A 2

2. Sexus



2. *Sexus*: Nam & foeminas, proprie ut mares homines cuncti sint, qui occiderit, ut homicida punietur *L. 1. pr. ff. ad L. Corn. de sicar. L. 1. L. 152. L. 195. ff. de V. S. L. 3. §. 1. ff. de homin. liber. ex lib. Gæddæus ad d. L. 1. n. 22. VVesemb. ad L. Corn. d. sicar. num. 5. 6. disp. quodammodo Cujac. lib. 6. obs. 21. per. L. 38. ff. de pign.*

3. *Statim*: Vtique enim & is qui Servum occiderit, proprium aut alienum homicidii pœna punietur: Omnes enim Deus homines ad suam imaginem creavit omnibus etiam communem vitam & naturam dedit. *Gen 9. 7. 6. L. 12. Circa fin. ff. de accusat. L. 32. ff. de R. I. L. 1. §. 2. ff. ad L. Corn. de Sicar. L. 23 §. 9. ff. ad L. Aquil. L. 3. C. Rod. §. 2. l. de his qui sunt sui vel al. jur. Harpr. disp. in Instit. p. 2. disp. 29. th. 1.*

(c) Nec interesse putamus utrum statim exanimis concidat, an vero ita vulneratus sit ut mori necesse habeat; Nam si ve occidat quis si ve mortis causam præbeat tenebitur. *L. 15. ff. ad L. Corn. de sicar. L. 21. §. 1. L. 30. §. 3. L. 46. L. 52. pr. ff. ad L. Aquil. c. 11. x de homicid. c. 2 x de Cleric. percussor.* Ex Vulnere vero quem decessisse patebit haut facile, nisi observentur tradita *P. H. D. art. 147. ibi: fundschafft zur sachen dienstlich stellen/ vnd sollen doch/ sonderlich die Wundarzt/ der Sach verständig vnd andere Personen die da wissen wie sich der gestorben nach dem schlägen vnd rumor gehalten hab/ gebrauchte werden/ mit anzeigung wie lang der gestorben nach den streichen gelebt habe/ etc.* Sua tamen culpa, nec ex vulnere, decessisse præsumitur vulneratus, si aut medicos non adhibuit, vel adhibuit quidem, sed nimis tardè, aut imperitos, si ve non vixit ex præscripto medicorum, aut cum uxore aliave muliere concubuit, potionibusve nimijs indulgit. *Exed. 21. v. 18. L. 15. §. 1. L. 30. §. 4. ff. ad L. Aquil. L. 6. C. de re milit. lib. 12. l. 7. x de Homicid. Gomez. d. C. 3. n. 29. Eberh. in Top. in loco ab Effectu num. 3. Gilhausen, d. tit. 12. n. 56.*

Quid verò: Si medici culpâ, quis vulneratus, aut aliàs ægrotus, finiisse vitam dicatur, an ut homicida tenebitur?

Scimus: quod

Non

*Non est in medico semper reletetur ut ager  
interdum doctâ plus valet arte malum:*

Vnde haut temerè mortalitatis eventus imputandus est cui-  
quam medicorum 6. 7. x. de atar. & qual. c. 19. x. de homicid. si di-  
ligentiam adhibuit secundum præcepta artis: Si verò certò  
constare possit, quod medici culpâ homo perierit, habita  
persona & circumstantiarum ratione, extra ordinem; at si do-  
lo medici homo decefferit, ordinaria dolosi homicidij poena  
de qua sub th. 6. agemus puniendus esset. P. H. D. art. 174. ibi  
So ein Arzte aus vnseits oder vnkünst vnd doch vnfürsichtlich & post  
pauca: der sol nach gestalt vnd gelegenheit der sachen vnd nach rath  
der verständigen gestrafft werden. Et mox: Het aber ein Arzte solche  
Tödung willtglich gethan so wer er als ein fürsichtlicher Mörder zu  
straffen. L. 6. §. 7. ff. de Offi. præsid. L. 7. §. 8. cum L. seq. pr. ff. ad L. A-  
quil. Gilbansen d. tit. 12. non 55. Mynsing. Schneidv. ad §. 6. 1. de L.  
Aquil. Speckhan Cent. 1. quest. 24. Idem etiam de iudice dicemus qui inique  
quem condemnasse arguetur, ut si dolo fecerit, aut etiam ex crude-  
litate, falsis testibus subornatis, convictum ultimo supplicio  
puniri curaverit, Legis Cornelie reus non minus quam sicarius  
habeatur & puniatur l. 1. pr. l. 4. pr. ff. ad l. Cornel. de sicar. per impe-  
ritiam vero malè si iudicaverit extra ordinem arbitrarie puni-  
endus erit l. 7. ff. h. t. Gomez. d. C. 3. num. 16. qui aliquantum dis-  
sentit. VVessemb. ad l. Cornel. de sicar. num. 12. Harpr. d. disp. th. 4.  
lit. a.

## Thefis. 2.

*Committitur vero aut Occidendo Seipsum:  
quod ἀποτοξεία vulgo dicitur.*

Nemo enim membrorum suorum dominus cum sit l. 15.  
ff. ad l. Aquil. in se quisque homicidium committere prohibetur  
l. 3. §. 6. ff. de bon. eorum qui ante sentent. l. 6. §. 7. ff. de re milit. Mar-  
tinus Chemnitz. in loc. theol. de Lege Dei super quint. præcept. p. mib. 76.

A 3

Vnde

Vnde qui commiserit, nec luctu: l. ii. §. 3. ff. de his qui notantur infamia; nec sepultura dignus iudicatur c. placuit 23. q. 5. sed aut sub tecto domus deicitur, aut sub limine extrahitur, & vel comburitur, vel in furcam tollitur, vel sub ea per carnificem sepelitur: Nisi tamen id quis ex melancholiâ, furore, morbi aut doloris impatientia fecerit; d. l. 3. §. 6. ff. d. bon. eorum qui ante sent. l. i. c. Eod. Qua distinctione etiam adhibita, ut & si sola alia qua corpori, absque bonorum fisco adplicatione, poena imponenda esset, bona fisco adplicari solent eorum, qui ipsi sibi mortem intulerunt d. l. i. §. 2. D. art. 135. vers. Wo sich aber ein Person etc. Gomez. d. c. 3. n. 13. Treutl. d. disp. th. 5. lit. d. Vvesemb. adl. Corn. de sic. ar. n. 7. Schneidv. ad §. 3. l. de l. & l.

Quid si quis se animo occidendi læsit, mors tamen insecuta non est, an poena Capitali puniendus propterea erit?

Distinguendum puto, an id fecerit metu poenæ delicti commissi, ex quo imponenda veniebat poena capitalis: & tunc poenam capitalem illius delicti non effugiet: Si sine Causâ delicti poenam capitalem continentis iudex ipsum ex officio suo arbitrariè puniet, arg. d. l. 13. pr. ff. ad l. Aquil. & d. l. 3. §. 6 ff. de bonis eorum qui ante sentent. Vvesemb. d. l. Gomez. d. c. 3. n. 14.

### Thesis. 3.

*Aut alium: Et tum ex personarum occidentis & occisi ad se invicem respectu; aut est parricidium, a quod est Cades hominis<sup>b</sup> necessitudine occidenti Coniuncti<sup>c</sup> cuius ob atrocitatem etiam conscij non impune dimittuntur.<sup>d</sup>*

(a) Olim quidem parricidium, homicidium quodque dictum esse ex Budæo per l. 2. §. 23. ff. de O. l. refert Vult. lib. i. l. R. C. 48. n.

48. n. 5. hodie vero distincta illa à se in vicem esse, non effectus  
quidem, sed personis quæ occiduntur, & pœnis idem ibidem ad-  
ferit. Rei vero parricidij ex L. pompeia habentur, qui pa-  
trem, matrem, avum, avium, filium, filiam, nepotem, neptem,  
fratrem, sororem, patrualem, matrualem, patruum, avuncu-  
lum, amitam, Consobrinum, consobrinam, uxorem, virum  
Sponsum, Sponsam, generum, focerum, vitricum, novercam,  
privignum, privignam, patronum, patronam occiderint, l. 1. l. 3. ff.  
ad l. pompeia, de parricid. Exinde Vultejus d. l. parricidium distin-  
ctum vult, in Verum & quasi; verum dicit, quod inter paren-  
tes & liberos committitur: quasi parricidium putat, quod in-  
ter alias illas personas jam relatas necessitudine conjunctas  
committitur.

(b) Quæ sanè distinctio haut parum adjuvatur à pœnâ,  
quam non unam constitutam habemus in parricidas: 1. In  
Veris quidem, ut qui scilicet ex parentibus vel liberis alterius fata  
preparaverit, de jure justiniano virgis sanguineis verberatus  
culeo insuatur cum cane, gallo gallinacio, vipera & simia &  
inter eas ferales angustias comprehensus, secundum quod re-  
gionis qualitas tulerit, vel in vicinum mare vel in amnem pro-  
jiciatur, ut omni elementorum usu vivus carere incipiat, & ei  
Coelum superstiti & terra mortuo auferatur, l. 9. ff. ad l. pomp.  
de parricid. L. un. C. de his qui par. vel liberos. §. 6. I. de publ. jud. quæ  
tamen pœna, attestantibus id juris interpp. ferè omnibus, in u-  
suisse, quod barbaram quandam severitatem redoleat, ut Gil-  
hausen d. tit. 14. n. 7. loquitur, desit, præter Gomezium qui d.  
c. 3. n. 3. vers. item etiam, ad fin. eam adhuc in regno Hispaniæ ser-  
vari scribit, ita tamen, ut interficiatur prius parricida alio gene-  
re pœnæ: post vero culeo intrudatur, ut sustineat pœnam lega-  
lem. In imperio Romano communiter ferè parricidij rei ma-  
res quidem rota contunduntur, aut etiam decollantur, cor-  
pusque truncatum rotæ in altum erigendæ imponitur: scemina  
vero aquis submerguntur, aut defodiuntur & palo transfi-  
guntur, quæ tamen & ipsæ pœnæ quandoq; augentur P. H. D.  
art. 130. 131. 137. vers. Und mann mag etc. Durch etlich leibsstraff  
als in te Zangen reißen/oder aus schleiffung vor der endlichen Tö-  
dung umb grösser furcht willen die straff mehren. Neque mirum  
sane

sanè, quod leges acrius puniri volunt parricidium, quam homicidium, cum & jus divinum non verberantem modò, sed & maledicentem patri vel matri, morte puniri voluerit, Exod. 21. v. 15. 18. Patrem verò, hoc nostro seculo filium occidentem, non excusabit à pœna parricidij potestas patria, quæ non vendere modo, l. 2. C. de patrib. qui filios suos distax. sed & impunè liberos occidere concedebat, l. 11. ff. de liber. & posthum. l. 10. C. de patr. potest. sublata enim est, ejusq; jus, non in atrocitate, sed pietate consistere constat, l. 5. ff. ad l. pomp. de parricid. unde & in §. 6. Inst. de publ. jud. & l. un. C. de his qui parent. vel liber. expressè filij mentio fit. Gomez. d. C. 3. num. 3. Vesemb. num. 5. 6. Gilhausen d. tit. 12. n. 2. Harpr. d. disp. th. 26. 27. Schneidw. §. 6. l. de publ. jud. Schonborn. lib. 1. pol. 6. 7.

Quid vero juris in mulieribus aut meretricibus liberos suos vel interficientibus vel exponentibus?

Sequendas agnoscimus hisce casibus constitutiones expressas: In illo quidem si interfecerint scilicet, P. H. D. art. 131. ubi: Welchs Weib ihr Kind das leben vnd gliedmas empfangen het heimlicher boshafftiger Weis erôdet / die werden gewöhnlich lebendig begraben vnd gepfât: Aber darinnen verzweiflung zuverhütten / mögen dieselben Uebelhäterin / in welchem gericht die bequemligkeit des Wassers dorzu vorhanden ist / erträncket werden ob delicti tamen frequentiam, priorem illam, ubi defodiuntur & transfiguntur viræ, pœnam imponi, vel alteram illam: ubi aquis sub merguntur, exasperari, & forcipibus ignitis adhibitis, augeri posse, ibidè additur. In hoc vero, ubi exposuisse Convicti erunt, distinguitur an exponant misericordiæ à prætereuntibus concilianda ergo: an verò dolo & malignose in locum solitariū & ab hominum conspectu remotum, ut aut inediâ consumantur, vel à bestiis lacerentur, seponant: Et priori casu, licet de jure civili alimenta liberis denegans, necare videatur l. 4. ff. de liber agnos. nihilominus tamen cum absit dolus & occidend animus, extra ordinem puniuntur: posteriori vero: maxime eventu secuto, capitaliter plectuntur; non secuto effectu, mitius & referente Vesemb, ad l. Corn. de scar. n. 14. relegatione ferè puniri solent, (quamvis & eventu secuto flagitatione tales

ex

exterminatas fuisse se meminisse ibidem scribat) & idem lo-  
quitur P. J. D. art. 132. So ein Weib ihr Kind/ vmb das sie des  
abkomme/vou ihr legt / vnd das Kind wird gefunden vnd ernehret/  
dieselbige Mutter sol/ wo sie des vberwunden vnnnd bererren wird/  
nach gelegenheit der sache/ vnnnd nach der verstendigen gestraff wer-  
den. Stirbt aber das Kind von solchem hinlegen/ so sol man die  
Mutter nach gelegenheit des gefehrlichen hinlegens / am Leib oder  
Leben straffen.

Quid? si quis parentibus manus modo impias  
& verbera intulerit, non vero occiderit?

Pro scelerato talis meritò cum habeatur, & præterquam  
quod exheredem ipsum scribi posse Nov. 115. c. 3. adserat, & Im-  
per. Albertus in Constit. quadam post Weichbild/ infamem esse eundem  
scribat: Welcher Sohn seinen Vater an seinem Leib freventlich  
angreiffet oder in wunden vnd fahet/ derselbe sol ehrlösch vnd rechtlösch  
sein ewiglich / vnd zu keinen ehren oder rechten nimmermehr kom-  
men mögen: pro modo delicti arbitrariè puniendum esse tra-  
dant L. 1. § 2. ff. de obseq. par. & patr. præstand. l. 4. C. de patr. potest.  
plerumque tamen carcere vel relegatione, vel quandoq; ma-  
nus, qua percussio facta est. amputatione hanc injuriam vindi-  
cari solere testatur VVesemb. ad l. pomp. de parricid. num. 12. Schneidv.  
i. de patr. potest. num. 33. cum seqq. Schonborn d. l.

Quid? si tristis ille casus contingeret, ut pater fi-  
lium capitale crimen committentem, occidat potius  
ipse, quam ut carnificem eum mactare cogatur vide-  
re: an patrem ut parricidam puniendum esse dicā?  
A Dd. traditum accipio isthoc casu patrem mitius puniri, arg.  
l. 5. ff. ad l. pomp. de parrid. Et de facto VVesemb. scribit se memi-  
nisse patri tali in casu parcitum fuisse nec ultra relegationem  
processum esse. VVesemb. ad l. pomp. de parricid. num. 6. Menoch. de  
arbitr. jud. quest. lib. 2. cent. 4. cas. 356. num. 56. Treutl. d. disp. th. 7.  
lit. f. Harpr. d. disp. th. 29.

Quid? an pater aut filius tantum naturalis, alterum  
occidendo etiam parricidium committit?

Committi certum est; in materia enim in qua Lex à natura  
constituendi causam perit, & in qua jus naturale consideratur  
sanguinis, appellatione parentum & filiorum, semper etiam con-  
tinentur naturales. l. 6. ff. de in jus vocando. l. 14. § 2. vers. unde l. 44.  
§ 3. ff. de Rit. Nupt. & ibi Gothofr. lit. a & b Gomez. d. C. 3. num. 3. § item  
etiam, Gilhausen d. tit. 14. num. 4. vers. occidens.

2. In parricidas quasi, qui scilicet alium quem ex supra scriptis  
personis, præter parentes & liberos, necessitate sibi junctum,  
interficiunt, poenam L. Cornel. de sicarijs statuit præallegata  
LL. l. 1. l. 9. § 1. ff. ad l. pomp. de parricid. & L. un. C. de his qui parit. vel li-  
ber. VVesemb. ad l. pomp. de parricid. num. 3. Harpr. d. disp. th. 27. lit. b  
Schneidvv. tamen, ut significetur eos plus alijs deliquisse, poenæ  
addi solere quod prostrati trahantur ad locum supplicij, scri-  
bit, ad § 6. 1 de publ. jud.

(c) Sive sit illa vera vel sanguinis, quæ est inter cognatos;  
vel ratione matrimonij obortæ, quæ est inter conjuges, & de-  
inde inter affines: Sive ficta & juris, inter patronum nimirum  
& libertum. Vult d. l. num. 8. 9. per l. 1. ff. ad l. Pompei de parricid.

(d) Quibus, flagitij participes si non fuerunt, sed tantum  
scierunt, nec patefecerunt, eventu licet secuto, non ordinariâ,  
sed leviosem poenam imponendam esse, statuit L. 2. ff. ad l. pomp.  
de parricid. Si vero opem tulerint, pecuniam, ad emenda vene-  
na; aut conducendos latrones ministrarint, vel etiam ve-  
nena scientes ad hoc vendiderint, parricidij poena punit L. 2. &  
7. ff. ad l. Pomp. de parricid. etiam si sint extranei l. 6. ff. Eod. Gomez.  
d. C. 3. num. 3. in fin. & seq. Gilhausen d. tit. 14. num. 3. VVesemb. ad l.  
pomp. de parricid. num. 8. Harpr. d. disp. th. 28.

Legimus tamen illum casum in jure exceptum,  
quo nec pater filium, nec filius patrem occidendo, crimen par-  
ricidij incurrit, sed potius præmium meretur, si scilicet alter ad  
prodendam aut delendam patriam, & parentes & liberos inter-  
ficiendos venerit, ab altero occidatur, l. 35. ff. de relig. & sumt. fu-  
ner. in tantum enim illas leges derestantur, ut nec lugendos pu-  
tent. d. L. & rationem reddunt Dd. quod per proditorem &  
rebellionem amitti videatur jus adgnationis & cognationis l. 19.  
§ 7. ff. de captiv. & postlim. Gilhausen d. tit. 14. Schonborn d. l. Harpr. d.  
disp. th. 29.

The-

## Thesis. 4.

*Aut homicidium in specie: a quod in quascun-  
que personas alias b committitur.*

(a) Habemus sane exempla alia etiam in jure civili, ut, ubi species aliqua certo proprio nomine caret, tunc mutuetur nomen sui generis, exemplo sit, adoptio, quæ & arrogationem, & adoptionem in specie sub se complectitur. *Vult. d. l. n. 10.* (b) cujuscunque ætatis, sexus, status, ut *supra* h. i. relatam est.

## Thesis. 5.

*Et dividi adsolet in Verum & quasi: Verum est vel voluntarium vel casuale: illudque rursum aut planè voluntarium est ac dolosum, aut quodammodo coactum seu necessarium: plane voluntarium est, quod dolomalo b & animo deliberato ad hoc ipsum, ut hominem occidat c cõmittitur.*

(a) Per rubr. tit. x. de homicidio voluntario. & casuali, *VVe*semb. ad l. Corn. de sicar. num. 5. *Gilhausen d. tit. 12. num. 2. 3. Vult d. l. n. 11. 12.*

(b) Dolus enim & occidendi animus poenæ legis Corneliæ locum esse faciunt l. 1. § 3. l. 16. ff ad l. Cornel. de sicar. l. 1. C. Eod. dolum tamen verum & merum, non fictum neq; etiam latam culpam, requirit l. 7. l. 16. ff h. i. in poenalibus enim interpretatio non producenda, sed restringenda potius est, verbaq; propriè & non abusivè, verè & non fictè accipienda sunt l. 11. pr. l. 42. ff de poen. l. 155. § 2. de R. I. c. 22 de Elect. in 6. c. 49. d. R. l. in 6. Et dolu intervenisse in homicidio ut puniri possit, etiã de jure divino requiri legimus *Exod. 21. v. 14. ibi: frevelt & mic list.*



Sempor tamen ex facto ipso & rei evidentia dolus adfuisse  
presumitur, donec contrarium probetur. l. 1. l. 5. c. ad l. Cor-  
nel. de sicar. D. D. art. 137. ibi: Ein jeder Mörder oder Todt-  
schläger/ mo er beschwören nicht rechtmessige entschuldigung an sich  
ren fan/ hat das Leben verwirret/ Gomez. d. 2. 3. num. 15. 17. Gilhaus-  
sen d. tit. 12. n. 10. abfuisse vero dolum, ex sola instrumenti qua-  
litate quo caedes facta est, evinci nequit: Nam & lapide & fu-  
ste occidens mortis reus est § 5. 1. de publ. jud. l. 233. § 2. de V. s. l.  
6. c. ad l. jud. de Vi publ. & puniendos, ferro, lapide, ligno aut sola  
manu alios occidentes sacra testantur litera. Numer. 35. v. 16,  
17. 18. 19. 20. 21. Ex eo tamen presumptio dolum abfuisse, juvari  
posset, si instrumentum, ad caedem inferendam magis aptum,  
quis habuisset, eo tamen percutere noluisse, sed baculo solum,  
aut tergum potius, quam caput ferisset, aut si in rixa fortuito  
orta, verberasset. l. 1. § 3. ff ad l. Corn. de sicar. Gomez. d. 2. 3. n. 17.  
Vvesemb. ad l. Corn. de sicar. num. 8. Gilhausen d. tit. 12. num. 46. Dol-  
lus vero malus cum non cadat in infantes, ut nec in furiosos,  
quippe quod alterum consilij innocentia tueatur, alterum fa-  
ti infelicitas excuset, Legis Corneliae poena subiecti non sunt.  
l. 12. ff ad l. Corn. de sicar. Vvesemb. ad l. Corn. de sicar. num. 25. Gil-  
hausen d. tit. 12. num. 52.

Quid verò? si occidens aliquem mox furere inci-  
piat, an furore durante puniri debet?

Doctores sanè in diversam maximè eunt sententijs, plu-  
rimi tamen concludunt, quod illum, durante furore, non pu-  
niri debere, equius sit, cum furiosus absentis loco habeatur  
l. 2. § 3. ff de jur. Codicill. absens verò corporaliter puniri nequit  
l. 6. ff de poen. fortè etiam, licet ei curator ad litem detur, habe-  
ret furiosus justam aliquam excusationem, quam tamen cura-  
tor ejus ig. oraret: Nihilominus tamèn, inconsultum haut e-  
rit, diligenter & accuratè in facti circumstantias inquirere, &  
explorare easdem studiose, principemq; consulere, qui omni-  
bus, delicti & totius negotij circumstantijs, maturè & accura-  
tè pensatis, utrum delinquens supplicio sit adficiendus nec  
ne, decernet, pro ut aequitas & ratio poposcerit, per l. 14. vers.  
si vero

si vero ff de offic. praesid. quod tendit etiam *P. H. D. art. 179.* ibi: da sol  
mit allen vmbstenden / an die orten vnd enden wie zuende dieser vn-  
ser ordnung angezeigt / gelangen / vnd nach rath derselben / vnd an-  
der verstendigen / darin gehandelt vnd gestrafft werden / *Gomez.  
Var. resol. d. tom. 3. c. 1. num. 72. Gilhausen de tr. 12. num. 52. Geil. lib.  
2. Orio. num. 22. Fachin. lib. 9. controu. c. 3. Treutl. d. disp. th. 6. lit. c.  
Harpr. d. disp. th. 24. lit. d. Eberh. Spe. kban. cent. 3. clas. 2. quest. 4.*

Quid? Cum amor, furor quidam quasi sit, an Cor-  
rivalis alterum occidendo, dolo malo id fecisse, & ita  
L. Cornelia teneri dicendus erit?

Amor furoris quaedam species cum videatur, quippe quod  
amans quid agat, dicat, cogitet ferme nesciat, multi De ab Le-  
ge Cornelia liberatum eum voluat: Attamen cum plerumq;  
ejusmodi homicidia destinata voluntate, & impatientia con-  
sortis fieri soleant, cum *Geisio lib. 2. Obs. 110. num. 23.* existimante  
illam sententiam priorem, cum nulla lege comprobetur, in pun-  
cto juris defendi non posse, sentimus.

(c) quocumq; modo fiat sive r. aliquo teli aut instrumenti ge-  
nere, § 5. *de publ. jud.* ut jam *hac th. lit. b.* dictum fuit. Sive: 2.  
Veneno, l. 1. § 1. l. 3. § 3. ff *ad l. Cor. de Sicar.* & plus sane cen-  
setur, hominem extinguere veneno, quam gladio, minus enim  
praecaveri potest l. 1. c. *de malef.* & veneno quidem aliam ene-  
cantes, olim eadem L. Cornelia, qua homicidae alij pledebantur,  
pœna d. l. 1. § 1. d. l. 3. § 5. ff *ad l. Corn. de sicar.* hodie tamen,  
mares rota confringuntur, foeminae aquis subfocatur *P. H. D.  
art. 130.* Wer jemad durch Venen oder giffit &c. Sive 3. Maleficio,  
cum sc. magicis artibus adhibitis; per fascinatione, imprecati-  
ones daemionorum, signorum positionem, & id genus alia, di-  
abolo, ob foedus secum initum, cooperante, a sagis homines  
perimuntur, cujus pœna ignis est. *P. H. D. art. 109.* ibi: vund  
man sol solche straff mit dem Feuer thun.

Quid? si philtro ad conciliandum amorem dato,  
mors insequatur, an dans ut homicida ordinariam ho-  
mucidij pœna tenebitur?

Videbatur sane talem, cum dolo careat quippe quod non  
animò

animo occidendi, sed amorem solummodò ardentiorē & cō-  
stantiorē conciliandi, poculum ejusmodi amatorium porri-  
gat, L. Corneliā, quæ dolum verum requirit, non teneri per  
L. 7. ff ad L. Corn. de Sicar. Sed cum expressè legamus L. 38. § 5. ff de  
poenis quod talis etsi dolo non faciat, nihilominus si homo eo pe-  
reat, summo supplicio afficiendus sit, dicemus cum Gilhausen d.  
tit. 12. num. 9. & Speckhan Centur. 3. Clas. 2. quest. 5. Casum hunc,  
à regula illa communi, idēd exceptum, quod qui philtrea dat,  
sciat se tale quid perpetrare, quod non modò mali exempli sit,  
quippe quo mores incorrupti, & pudici animi ad libidinem,  
invitentur, corrumpantur, & multorum pudicitia expugne-  
tur: Sed ex quo etiam frequenter mors aut furor contingere  
soleat, teste poëta:

*Nec data profuerint pallentia philtrea puellis:*

*Philtrea nocent animis, vimq; furoris habent.*

Quippe cum ex herbis aut venenatis, aut alijs rebus illicitis,  
additis nonnunquam magicis in cantationibus conficiantur,  
unde Gomez. etiam dolum implicitum intervenire dicit, Nec  
est quod nobis obsit L. 3. § 2. vers. sed ex Senatusconsulto ff ad L. Corn.  
Ubi mulier, alteri poculum ad conceptionem porrigens, ex quo  
ea, quæ acceperat, decesserat relegatione punitur: diversitatis  
enim ratio adparet inde, quod poculum amatorium seu phil-  
trum exhibens, rei illicitæ operam dat, dans vero ad conceptio-  
nem, vel fœtû concepti fortificationem, rei licitæ operam dat:  
philtrea quoq; ex herbis venenatis aut alijs rebus illicitis: pocula  
vero ad conceptionem ex materiis saluberrimis præparen-  
tur, undè etiam si ex eo præter solitum atq; propositum dantis  
mulier extincta fuerit, non tam graviter, ultimo nimirum sup-  
plicio, sed mitius, relegatione scilicet, quod non cautius egerit  
rem, puniendâ est, Gomez. d. C. 3. num. 33. Gilhausen d. tit. 12. num.  
9. & 49. Speckhan d. centur. clas. 2. quest. 5.

## Thesis 6.

*Pœna L. Corneliæ de Sicariis erat olim des-  
portatio & omnium bonorum ademptio: a post des-  
portatio quidem in honestioribus: b ultimum sup-  
plicium*

*plicium vero in humilioribus: c. hodie gladius: & quem indistinctè aduersus omnes recipiendum esse verius est: e*

(a) Ita scriptum legimus L. 3. § 5. ff ad L. Corn. de sicar.

(b) Uti ex d. l. & l. 16. ff eod. apparet.

(c) Ut bestijs subijciantur d. l. 3. quanquam & Iustinianus eos ultore ferro prosequendos scribat § 5. l. de publ. jud.

(d) P. H. D. art. 137. ibi: mit dem Schwerd vom Leben zum Tode gestrafft werden / quæ tamen ex circumstantijs quandoq; augeri solet pœna: Latrones enim publici rota contundi & eidem imponi solent.

(e) Quod juri tam divino quam humano' magis consentaneum pato: Etenim indistinctè legimus enunciatum: quicumq; sanguinem humanum effuderit, fundetur sanguis illius, Gen. 9. v. 6. Exod. 21. v. 12. 14. Levit. 24. v. 17. & 21. Numer. 35. v. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 30. Deut. 19. v. 11. 21. Ezech. 18. v. 4. Matth. 26. v. 52. Apocal. 13. v. 10. Et jus Civile dicit: homicida quod fecit, semper expectet, L. 3. in med. C. de Episcop. aud. L. un. pr. vers. & merito mortis C. de raptu Virg. l. 8. C. ad L. Corn. de sicar. § 5. l. de publ. jud. & huc tendit etiam P. H. D. art. 137. Ein jeder Mörder oder Todtschläger. adprobat t. duo ista 23. quest. 4. Gilhausen d. tit. 12. num. 59. Treutl. d. disp. th. 5. lit. I. Harpr. d. disp. th. 23. disp. Gomez. d. C. 3. num. 2. per l. 3. § 5. & l. 16. ff ad L. Corn. l.

Quid? Si plures unum aliquem occiderint, an omnes ordinariâ homicidij pœnâ adficiendos esse dicam?

Servandum eo casu ducimus constitutionem Caroli V. criminalem P. H. D. art. 148. Ut si plures animo deliberato, & consilio communicato, hominem interfecerint, licet quis lethale illud ex quo decessit, vulnus intulerit, nesciat, omnes teneantur & ut homicidæ puniantur: omnes siquidem dolo malo causam mortis præstiterunt, dum suâ absentiâ homicidam audaciorem & occisum timidiorem reddiderunt L. 13. ff ad L. Corn. de sicar. l. 11. § 1. ff ad l. Aquil. neque cum iudex ictum  
cujus

ejusque nisi in rixâ percussus homo perierit contemplari debet l. fin. ff. ad l. Corn. de sicar. verba constitutionis sunt: So etliche Personen mit fürgesetztem willen vnd mach jemand bößlich zu ermorden einander hülf vnd beystand thun / dieselben Thäter alle haben das Leben verwirret. Sin verò plures quidem, circa ramentum deliberationem & animum occidendi, convenerint, & post in rixâ fortuito ortâ unus interimatur, tū si liquidem, unus vel plures sint qui occiderint, sciatur solus vel soli illi poena ordinaria L. Cornelia afficiuntur, adstantes verò arbitrariè puniuntur ut in præallegato articulo additur: So aber etliche Personen ungeschickts in einem schlagen. & post, so man den rechten thäter weiß / von des Hand die entleibung geschehen ist / der sol als ein Todtschläger mit dem Schwerd zum Tode gestrafft werden. Wer aber der entleibte durch mehr denn einen die man weiß / gefehrlicher weiß tödlich geschlagen &c. & mox, So sind dieselben alle als Todtschläger vorgemelter massen zum Tode zu straffen. Aber der ander beystender helffer vnd vrsacher straff halben von welcher Hand obbestimter massen der entleibte nicht tödlich verlegt worden / & post: sollen die Vrtheiler bey den recht verstandigen raths pflegen.

Sin vero nullatenus constare possit, quis nam lethaliter occisum vulnerarit, ordinaria quidem poena cessat, arbitraria tamen, pensitatis diligenter circumstantiis, quod imponatur subdit articulus idem, ibi: Vnd man möchte keinen wissen / davon er als vorsteher verlegt worden were. 2c. Ad quod etiam tendit Constit. Elect. p. 4. c. 7. Wenn ihrer viel auff einen zu / vnd denselben zu todt schlagen / vnd man nicht wissen kan / aus welcher verwundung der verstorben umbkommen / so sol dieses falsch fleißige erkundigung des Thäters halben genoshmen / vnd do wider einen indicia die zu scharffen fragen gemugsam vorhanden / auff denselben die tortur gesprochen werden / do es aber ahn dem enstündoc / so sollen sie alle mit der tortur nicht belege noch auch am Leben gestrafft / sondern in willkührliche Geldbussen / Gefengniß oder verweisung neben erlegung des Wehrgelts vñ erstattung der Gerichtskosten vertheilt werden. Gomez. d. c. 3. nam. 36. Beust de jur. jur. fol. 535. in fin. Gyllhausen

*Gilhausen d. tit. 12. num. 20. Harpr. d. disp. th. 5. Speckhan d. cent. 3. clas. 2. q. 1.*

Quid? Si quis homicidium ipse non committat, mandet tamen alteri committendum, an nihilominus tenebitur?

Mandantem ut mandatarium teneri, & eadem pœna puniendos, patet inde, quod nihil interest dolo malo causam mortis quis præbeat, an occidat *L. 15. ff. ad l. Corn. & præter reum principalem mandatore quoq; ex sua personâ coveniri posse, non ignotum esse dicit l. 5. C. de accusat. & patet idem ex l. 11. § 3. ff. de injur. l. 7. § 5. ff. de jurisdic. l. 1. § 12. ff. de vi & vi arm. c. periculo se 23. de pœnit. disp. 1. c. mulieres 6. de sent. ex com. damnus enim dat qui jubet dare *l. 169. de R. 1. & quod quis facit per alium est perinde ac si faciat per se ipsum c. 72. de R. 1. in 6. Gomez. d. c. 3. num. 39. Gilhausen d. tit. 12. num. 11. in med. Treutl. d. disp. th. 5. lit. b. Harpr. d. disp. th. 4. lit. b. Forster. disp. 18. th. 17.**

Mandans vero si interdicit occidere expressè, vulnerare vero solum mandet, an mandatario interficiente tenebitur pœna homicidij ordinaria?

Non teneri mandantem æquius puto, nam cum animus occidendi atq; ita dolus absit, quem abesse & directa interdictione patet, *L. Corneliae locus esse non poterit l. 1. pr. ibi: hominem occiderit, & hominis occidendi causa ff. ad L. Corn. de sicar. l. 7. c. eod. Voluntas enim & propositum distinguunt maleficia l. 53. pr. l. 39. pr. ff. de furt. c. cum voluntate 54. de sent. ex com. quo non parum quoque facit l. 11. § 3. l. 15. § 1. ff. ad L. Aquil. Gilhausen d. tit. 12. num. 12. Fachin. l. 1. contrav. c. 36. Harpr. d. disp. th. 4. lit. c. & d. p. 2. disp. 13. th. 7. Treutl. d. disp. th. 5. lit. b. & p. 1. disp. 27. th. 3. lit. g. disp. Gomez d. c. 3. num. 18. & alij per c. fin. de homic. in 6.*

Quid de Assassinio sive homicidio conductitio dicam?

Ita vocant Dd. quando quis suscipit mandatum occidendi hominem precio interveniente, de quo exaudiunt *c. 1. de homicid. in 6. ad quod trahunt & l. 11. § 4. ff. de injur. Atrox illud &*

immane meritō putatur, cum non solum pecuniæ interventu,  
& propter precium suscipiatur, sed & quod, cum alia homici-  
dia apertè plerumq; fiunt, & ab eo qui laesus vel offensus fuit,  
irâ, odio & vindictæ cupiditate impellente, committantur, ab  
assassino quis proditoriè & insidiosè, à quo nihil tale metuebat,  
cum quo etiam nulla sibi inimicitia unquam intercesserat, pe-  
rimatur: Undè non modò secuto effectu, gravius alijs ejus-  
modi homicidas Assassinum & Assassinatorem puniri adferunt,  
argumento L. 39. ff. de pœn. sed & si ad actum aliquem occidendi  
proximum processum sit, eadè licet non secuta, ordinaria ali-  
as homicidij pœna utrumque puniri volunt per l. i. pr. ff. ad L. Cor.  
de sicar. l. 7. C. Rod. idq; singulariter in hoc tam atroci crimine, ut  
& in parricidio, crimine læsæ majestatis, & alijs nonnullis re-  
ceptum putant, ut & in alijs homicidijs, juris communis eadem  
pœna conatum & effectum punientis, severitas sit mitigata,  
Gomez d. c. 3. num. 10. & 11. Gilhausen arbor. jud. Crim. d. c. 2. tit. 13. & c. 6.  
p. 1. §. 17. fol. 314. Geil. l. 1. de pœn. publ. c. 14. num. 19. & seqq. Cujas. l. 1.  
Obs. c. 25. Speckhard. centur. 3. clas. 2. q. 4. Treuil. d. disp. ab. 5. lit. b. in fin.  
Harpr. d. disp. 16. 22.

Quid? An Magistratus pœnam homicidij ordi-  
nariam remittere poterit?

Non posse illud ulium magistratum certum est, 1. propter  
ipsum DEI mandata, expressissimè pœnam mortis imponentia:  
Gen. 9. v. 6. Quicumq; sanguinem humanum effuderit sanguis e-  
jus fundetur. Exod. 21. v. 12. Quicumq; percusserit hominem  
volens occidere, morte moriatur, 2. Propter discretè prohibi-  
tam pœnæ illius remissionem, Num. 35. v. 31. Non accipietis pre-  
cium ab eo qui reus est sanguinis, statim & ipse morietur: Et  
post pausa: Ne polleatis terram habitationis vestræ, quæ in sou-  
tium cruore maculatur, nec aliter expiari potest, nisi per ejus  
sanguinem, qui alterius sanguinem fuderit, 3. Propter magi-  
stratui pœnam remittenti, comminatam maledictionem: di-  
cit enim Jehova apud Jeremiam cap. 48. v. 10. maledictus qui fa-  
cit opus Domini fraudulenter, & maledictus qui prohibet gla-  
dium suum à sanguine, magistratum enim Deus ut ministrum  
suum gladio cinxit, ut sit vindex in iram, ei qui malè agit, Ro. 13.

p. 4. 1. Pet. 2. v. 13. Dn. D. Franzius in tract. theol. de interpr. script. *ovis*  
cul. 29. de Racha p. 1246. Farinac. l. i. pract. crim. tit. 1. q. 6. num. 15. cum  
seqq. Gebhardus de princip. jur. conclus. 5. num. 6. 7. 8. & seqq. aliquot cum  
primis num. 28. 29. 30. 31.

## Thefis 7.

*Coactum seu necessarium homicidium illud  
dicitur, a quod injustam vim propulsando co-  
mittitur, & pœnam nullam meretur, d.*

(a) Nostrates illud vocant, eine Nothwehr oder getrengeten  
Todesschlag/ ad quod sc. quis, non nisi coactus, cum alio modo  
vim illam effugere nequeat, accedit, qui enim fugâ sibi consu-  
lere potest, fugere tenetur. P. H. D. art. 140. ibi: Und der benö-  
tigte kan süßlich ohn gefâhrlichkeit oder verlegung seines Leibs/ Lebens/  
Ehr und guten Leumuths nicht entweichen / der mag sein Leib vñnd  
Leben ohn alle straff durch ein rechte gegenwehr retten.

(b) Ubi vero offensio iusta, defensio prohibita. P. H. D.  
art. 142. ibi: das der Todesschläger darumb keine rechte endschuldig-  
te nothwehr gethan haben sol/ wenn der entleibt het für gemendet be-  
kentlicher ansechtung oder benötigung rechtmessige ursach gehabt.  
Vim itaq; injustam propulsare omnes leges omniaque jura si-  
nunt. Gen. 14 c. 14. Exod. 21. v. 13. & c. 22. v. 2. c. 6. pr. de sent. excom.  
in 6. l. 3 ff. d. 1. & l. 1. 4. pr. & l. 45. § 4. ff. ad l. Aquil. à quocunque in-  
feratur etiam si à femina P. H. D. art. 144. ibi: So wehre doch  
möglich das ein grausam Weib einen weichen Mann zu einer noth-  
wehr dringen möchte. nequè tamen quis expectare tenetur pri-  
mum ictum, cum is possit esse lethalis. P. H. D. art. 140. ibi;  
Ist auch mit seiner gegenwehr bis er geschlagen wird/ zu warten nie  
schuldig.

(c) Nec interesse arbitror, an propellat quis sibi ipsi, suis,  
aut etiam alijs illatam l. 3. ff. de l. & l. 1. § 27. ff. de vi & vi arm. l. 5. pr.  
ff. ad l. Aquil. l. 1. § 1. & 2. cum l. seq. ff. de liber. caus. l. 7. in f. de ser. expor.



l. 6. § 8. ff. de re milit. l. 7. § 9. ff. de furt. l. 50. § 109. ff. d. R. I. c. non infen-  
renda cum seq. & c. ostendit 23. q. 3. c. 47. de sent. ex com. c. dilecto vers. &  
quidem Eod. tit. in 6. c. sicut § illi etiam de homicid. Levit. 91. v. 18. prov. 24.  
v. 11. Matth. 22. v. 39. Marc. 12. v. 31. Rom. 13. v. 9. Galat. 5. v. 14. Jac. 2. v. 8.  
P. H. D. art. 139. ibi zu rettung seines. & art. 150. § Item so zu ret-  
tung eines andern Leibs & c. Aliqui tamen distinguunt inter jus  
Civile & Canonicum: alij inter personas conjunctas & extra-  
neas: alij an possit fieri defensio sine corporis sui periculo an  
non. Gomez. d. C. 3. num. 20. 21. Gilhausen d. tit. 12. num. 22. cum aliquot  
seqq. Ceil. lib. 2. Obs. 110. n. 9. cum aliquot seqq. Harpr. d. disp. 1b. 8. casus lib.  
5. Obs. 1. 18.

An vero in bonorum defensione hoc jus sibi lo-  
cum vendicat?

Ibi quoq; vim vi repellere, & armis venientem armis pro-  
pulsare licere, patet ex l. 3. § 8 ff. de vi & vi arm. l. 1. c. unde vi. pro  
defensione tamen rerum, aliam interficere, tum demum, si cum  
vitæ quoq; & corporis periculo conjuncta sit, illata vis, licere  
verius puto, per l. 5. pr. ff. ad l. Aquil. ibi: metu mortis l. 45. § 4. ibi:  
cum aliter: ff. Eod. l. 9. ibi: si parcere ff. ad l. Corn. de sicar. l. 4. ibi: in-  
ferendæ cædis C. Eod. c. 2. ibi te tuaq; c. 10. vers. Verum x. de homicid. c.  
dilecto 6. de sent. ex com. in 6. hominis enim vita rebus etiam preci-  
osissimis præ ferri merito debet, l. 21. in f. C. de SS. Eccles. l. 44. pr.  
ff. de Edilit. edicto ad quod facit etiam l. 52. § 1. ff. ad l. Aquil. Ubi ta-  
bernarius ob solum id, quod lucernam sibi quis abstulerat, eum  
non jure cædere dicitur, nisi prius etiam vapulasset, & confir-  
mat hoc P. H. D. art. 150. ibi: So jemand einen bey Nächtelicher  
weil/gefährlicher weis in seinem Haus findet und erschlegt/ & quã-  
vis ibidem etiam legatur: So einer zu rettung eines andern Leib  
leben oder Gut jemand erschlegt: indistincte tamen illa verba, si-  
ve fuerint defendentes in discrimine vitæ, sive non fuerint, ac-  
cipienda non esse, monstrant verba inscriptionis illius articuli,  
ubi legimus: die entschuldigung auff ihn tragen mögen/ so darin-  
nen ordentlich weis gehandelt wird. Gilhausen d. tit. 12. num. 40. 41.  
Fach. l. 1. contr. c. 31. Treutl. p. 1. disp. 1. th. 5. l. 1. c. p. 2. disp. 32. th. 6. lit. b.

An etiam ob suæ suorumve pudicitia defensio-  
nem, insultantem quis impune occidere poterit?

Agno-

Agnoscamus fanè non solum, ut, quod quisq; ob tutelam  
corporis sui fecerit, jure fecisse existimetur, l. 3. ff d. 1. & l. sed et  
iam expressum D. Hadriani rescriptum legimus, eum qui stu-  
prum sibi vel suis per vim inferentem occiderit, dimittendum,  
esse l. 1. § 4. ff ad L. Corn. de Sicar. Namquè ut vita semel erepta  
restitui, ita virginitas semel amissa reparari nequit l. un. pr. C. de  
Rapt. virg. Unde etiam metus stupri major quam mortis esse de-  
bet l. 8. § 2 ff quod metus Caus. c. non est nostrum 23. q. 5. ad quod fa-  
cit etiam P. H. D. art. 119. ubi pudicitia expugnator violentus,  
Sol einem Räuber gleich mit dem Schwert vom Leben zum Tode  
gebracht werden. Gilhausen d. tit. 12. num. 36. Treutl. d. p. 1. disp. 1. th. 4.  
lit. c. Harpr. d. disp. th. 11.

(d) L. 3. ff de l. & l. ibi: jure fecisse existimetur l. 2. c. ad l. Cor.  
de sicar. ibi: nullam calumniam metuere debet. l. 3. C. Eod. in nul-  
lo peccasse videtur. l. 4. C. Eod. jure casum videri. P. H. D. art.  
139. 140. ibi: Der ist darumb niemands nicht schuldig. Modo in-  
terficiens alterum moderamen inculpatae tutelae observavit:  
quod scilicet offensa vel justus offensa timor praecesserit, l. 2.  
C. ad L. Corn. de sicar. ibi: ad gressorem. P. H. D. art. 140. ibi: vber-  
leufft/ansicht oder schlegt. quod etiam fuerit quaedam analogia  
defensionis ad offensionem, ut scilicet armis si inferatur, armis  
repellatur, sine armis si inferatur, sine eis repellatur, l. 3. § 27.  
ff de vi & vi arm. nisi fortasse vim inferens, ita robustus, ut plus  
pugno, quam alter vel ense, polleat: paritatem vero armorum  
omnimodam requirere supervacaneum, cum jura simpliciter  
dicant quod defensor propriae salutis, in nullo peccarit d. l. 3. ff  
de l. & l. l. 3. C. ad l. Corn. de sicar. nec etiam ullo in loco, eam re-  
quisitam esse, teste Forstero, in toto jure adpareat. Quod item fa-  
cta sit defensio, in continenti, non interveniente actu aliquo  
extraneo, sed flagrante adhuc crimine, l. 17. ff de Vi & vi armat.  
Neq; vero adgressorem fugatum, vel sponte armorum metu re-  
cedentem, vindictae cupiditate persequi licet. P. H. D. art. 142.  
Moderamen vero illud inculpatae tutelae quando excessum aut  
servatum sit, ut hoc casu absolvi reus; illo pro modo excessus,  
ex arbitrio puniri possit, cum haut facile certam regulam definiri

queat, facti circumstantijs diligenter, exactè & prudenter, ponderatis, iudices æstimare debent P. D. D. d. art. 142. per totum cum primis in f. verf. Hier ist zu merken. Gomez. d. C. 3. num. 22. Schneidv. § 1. l. de l. N. G. & C. Gilhausen d. tit. 12. num. 31. 32. Forster, p. 1. disp. ult. th. 11. Treutl. d. disp. th. 6. lit. K. Fachin. l. 2. contr. c. 32. Harpr. d. disp. th. 9. lit. B.

## Thefis. 8.

*Casuale homicidium illud est, quod quis, citra animum hominis occidendi, committit: a idq. vel casu merè, citra ullam culpam, vel culpâ cum casu conjunctâ b.*

(a) Numer. 35. v. 35. 22, 23. Deut. 19. v. 5. Iosu. 20. v. 3.

(b) Ubi casus quidem impunitatem, culpa non item merebitur, quia tamen pro dolo in L. Cornelia non habetur ordinaria etiam illius legis pœna cessabit, & vel L. Aquilia vel alia imponenda veniat. l. 1. l. 7. ff. ad l. Corn. de sicar. l. 1. in f. l. 5. C. Eod. l. 9. § fin. l. 11. pr. l. 31. ff. ad l. Aquil. § 3. 4. 5. l. Eod. Quod, ut facilius casu an culpa factum sit, dignosci possit, faciet adhibita distinctio reine licitæ aut illicitæ, in loco licito & consueto, an in loco inconsueto operam dederit: & hoc casu si rei aut illicitæ aut licitæ quidem, sed in loco illicito, aut inconsueto, operam dabit, etiamsi omnem diligentiam adhibuerit, ne eadem perpetraret: nequam tamen à culpæ præstatione liberabitur & § 4. l. de l. Aquil. l. 11. pr. ff. Eod. illo vero si rei licitæ & in loco licito vocabat diligentiamq; quam debebat, adhibebat, immunis erit. d. d. 11. P. D. D. art. 146. Gilhausen d. tit. 12. num. 47. Schneidv. § 2. num. 3. 9. 10. 11. & § 4. num. 1. 2. l. de L. Aquil. vult. lib. 1. l. R. c. 48 num. 16. Treutl. d. disp. th. 6. lit. 4 Harpr. d. disp. th. 18. lit. a.

Quid? an illud homicidium, quando errore personarum, Titium interficere volens, Sejum interficiat, casuale, & sic extra ordinem puniendum dicam?

Non certè, sed ordinaria homicidij pœna puniendum verius

rius

rius puto. 1. Quia dolus & animus occidendi, respectu corporis occisi, quod coram inspexit, adfuit, quamvis alterius corpus esse putarit. per L. 43. § 4. ff. de furt. l. 18. § 3. ff. de injur. 2. Quia si is, qui cum telo hominis occidendi causa ambulat, L. Corn. poena tenetur, multo magis is tenebitur, qui non solum cum telo hominis occidendi causa ambulat, sed etiam occidit, licet non eum quem occidere volebat. per L. 1. pr. ff. ad L. Corn. de sicar. l. 7. C. Eod. § 5. 1. de publ. jud. 3. Quia expressè dita in terris hilce Saxonia constitutum legimus, Nov. Elect. p. 4. c. 6. ibi: So ihm einer sîr geset den zuschlagen/mit welchem er in zwittracht gerâht/ vñnd in solchem vorhaben einen andern erschlegt / erschust oder ermordt / & post pauca: Das es ein Todeschlâger sey / & mox: Vñnd ein solcher verbrecher mit dem Schwert vom Leben zum Todt gerichtet werden sol.

Si verò quis vim repellendo, adversariumq; petendo, citra voluntatem, alium quem fortè prætervistem læderet aut interimeret, ordinariam poenam cessare tradit P. D. D. art. 145. ibi: Wider seinen willen/ einen unschuldigen/mit stichen/streichen/wirffen oder schissen/ so er dem nötziger meint &c. Gomez. d. c. 3. num. 34. Gilhausen d. t. 1. 12. num. 48. Treutl. d. disp. 32. th. 6. lit. a. Harpr. d. disp. 29. th. 18. Fach. l. J. Controv. c. 37. Spe. Khan. Cent. 3. clas. 2. quest. 2.

## Thefis. 9

*Et tantum de homicidio vero. Quasi homicidium committitur: Si quis hominem castraverit aut se ipsum castrandum præbuerit: a vel hominis occidendi causa cum telo ambulaverit. b.*


(a) L. 3. § 4. l. 4. § 2. l. 5. l. 6. l. 11. pr. ff. ad L. Corn. de sicar. Ratio 1. quia iustar homicidij est virilitatem & sexum homini adimere, ferroq; speciosum reddere velle, quod si nasceretur, monstrum esset. 2. quia cum magno vitæ periculo conjunctum est, ut ex multis vix pauci evadant incolumes. Nov. 142. pr. 3. quia nemo membrorum suorum dominus d. l. 13. pr. ff. ad l. Aquil. & in se quisque homi

homicidium committere prohibetur l. 6. § 7. ff. de re militar. poena  
ejus est talio, bonorum publicatio & exilium d. Nov. 142. Nov. Le-  
on. 60. olim in servis ultimum supplicium erat. l. 4. § 2. ff. ad l. Cor.  
de sicar. Gilhaufen d. tit. 12. num. 57.


(b) L. 1. pr. l. 3. § 4. ff. ad l. Cor. de sicar. l. 7. C. Eod. § 5. 1. de publ.  
judic. quia affectum ut effectum punit L. Cornelia & volunta-  
tem spectat non exitum l. 14. ff. d. tit. Veruntamen hoc quidem  
jure Civili ita constitutum legimus, de consuetudine tamen o-  
mnium locorum generali, ut nimis rigidum non servatur, sed  
delinquenti, homicidio non secuto, etiamsi ad aliquem actum  
facti processerit, quod tamen ad atrociora ut *supr. sub th. 6.* rela-  
tum est non extendendum, ordinariâ poenâ mitior arbitrio ju-  
dicis imponitur, quod nec à jure divino absolum est, Exod. 21.  
v. 18. 19. & eò tendit etiam P. H. D. art. 178. vers. *Soltzer bō-  
serwill/ darauß etlich Werck als obsteher folgen / Et Gomez d. c. 3. n.  
30. VVesemb. ad L. Cor. de sicar. num. 16. Geil. l. 1. de pac. publ. c. 14.  
num. 16. Myns. cent. 3. obs. 9. Schneidv. § 5. 1. de publ. jud.  
Harpr. d. disp. 29. th. 21.*

F I N I S.














uerela Testamenti inofficiosi, sed si hæredes  
minima etiam parte, cessante querela Testame  
ciosi, ad supplendum id, quod legitimæ dees  
possunt ex *L. omnimodo 30. pr. C. de Testam. inoffi*  
dum tamen hic erit jus vetus a jure novo: jure v  
tota legitima liberis esset relicta, querela inoffici  
menti non cessabat, de minimo enim eo jure  
Prætor; at jure novo, ut cesset hæc querela,  
quantacunque etiam minima pars hæreditatis  
relicta, sic enim, uti antea dixi, agere potest actio  
toria ad supplementum legitimæ §. 3. *L. de inoffi*  
ibique Vinn. *in Comment. n. 1. Et dres. commun. add*  
*Diss. 9. th. 38.* Ubi notari meretur statutum Lube  
cautum; ut si quis proximis cognatis 8. solidos  
rios reliquerit, quæ summa certe satis minima  
at Testamentum; v. *jus Lubecens. lib. 1. tit. 9. art.*  
*Comment ad jus Lubecens. L. 2. tit. 1. art. 12. n. 7.*

§. 10. Non tantum autem per querela  
ciosi Testamenti evertitur Testamentum, sed  
rerumpitur per agnationem posthumi, modo  
(1) non monstruosus. *leg. 3. C. De post. hæred. in*  
vivo; ubi tamen non requiritur, ut per longum  
vixerit, sed sufficit si per minimum v. g. mome  
tempus vixerit, adeo, ut si vel spiritum tantum  
lico inter manus obstetricum decedat, ruptum  
intelligatur Testamentum. *Stryk. ad §. 1. I. Qui*  
*stam. infirm. Philipp. us. pract. instit. L. 2. Ecl. 73. n. 9.*

§. 11. Sed quia §. 9. mentionem feci leg  
beris necessario relinquendæ, ulterius hic not  
non sufficere legitimam liberis esse relictam, se  
ut ea relinquatur libera & sine onere, quid enim  
conditione casuali hæres scriptus fuerit? pro



mpitur  
est am.  
iamf.  
St. stat.  
cedat.

ius sub  
lla com.  
e. inst.  
test.